Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39104
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Supplementum ad Lit. B.

147 Tropflus über den Werg der Reinigung in 8. Q. 86
Cod. Sign. Q. 86. NB. Auctor hujus Opusculi verosimile est Godefridus Bessel Abbas Gottwicens. Propria Sua manu inscripsit: Ora pro Compilatore præsentis libelli. Item: Ad usum Monasterij Gottwicens. 1718.

148 Beringer Pauli Benedictini in Monasterio Lambacensi, Registrum, seu Tabula copiosa super Libros Moralium S. Gregorij. Vide in Lit. T. Tabula 5.

149 Bibliothecæ Gottwicensis Catalogus tempore Hartmani Abbatis primi Göttwici. Extat in Codice MS. Signato G. 13. folio 5to G. 13

150 Bessarionis Episcopi Thusculani Cardinalis Nicæni 5. N. 70.
De ea parte Evangelii /: Joannis :/, Si eum volo manere, quid ad te? Huic accedit:

151 Ejusd. Epistola ad Græcos, qua eos a Schismate revocare studet. Huic iterum accedit:

152 Ejusd. De Sacramento Eucharistiæ, et quibus verbis Christi Corpus conficitur. Codex membr. Sæc XV. Sign. N. 70. in fol. min. NB. Hunc præclarum Codicem olim extitisse in Regia Bibliotheca Budensi Matthiæ Corvini Regis Hungariæ, certum est. Id docent hujus Regis insignia, quæ hic codex præsefert, Corvus videlicet cum annulo aureo in medio insignium Regni Hungariæ extans. Assertio hæc confirmatur ex iis, quæ leguntur in Dissertatione de Mathiæ Corvini Bibliotheca Ortu, lapsu et interitu. pag. 10. item: pag. 44. et 46. nota (b). Hæc Dissertatio compacta est cum Mathiæ Corvini Epistolis in 4to